

Caesar, de bello Gallico, I, 26

1 Ita ancipiit proelio diu atque acriter pugnatum est.  
2 Diutius cum sustinere nostrum impetus non possent  
3 alteri se,  
4 ut cooperant,  
5 in montem receperunt,  
6 alteri ad impedimenta et carros suos se contulerunt.  
7 Nam hoc toto proelio,  
8 cum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit,  
9 aversum hostem videre nemo potuit.  
10 Ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est,  
11 propterea quod pro vallo carros obiecerant  
12 et e loco superiore in nostros venientes tela coniciebant  
13 et nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subiciebant  
14 nostrosque vulnerabant.  
15 Diu cum esset pugnatum,  
16 impedimentis castrisque nostri potiti sunt.  
17 Ibi Orgetorigis filia atque unus e filiis captus est.  
18 Ex eo proelio circiter milia hominum CXXX superfuerunt  
19 eaque tota nocte continenter ierunt.  
20 Nullam partem noctis itinere intermisso  
21 in fines Lingonum die quarto pervenerunt,  
22 cum et propter vulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri  
23 triduum morati  
24 eos sequi non potuissent.  
25 Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit,  
26 ne eos frumento neve alia re iuvarent:  
27 qui se iuvissent,

## Raum für Notizen

28 se eodem loco quo Helvetios habiturum (esse).

---

29 Ipse

---

30 triduo intermisso

---

31 cum omnibus copiis eos sequi coepit.

---